Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

particularia descendamus ut autem non
sit ordo prepostertus a spiritualibus inchoemus

Casus de conversione cuiusdam militis

Fuit in civitate senensi miles quidam
nobilis genere ac expertus in armis
qui dominus nicolaus de saracenis ab omnibus
dicebatur. Hic postquam in diversis partibus
actu armorum in serviendo plurimum vi
te sue tempus consumpserat tandem lassus ad
propria rediens proprie domus temporali utili
tati vacabat acquiescens cum omnibus
suis putabat se adhuc longo tempore vic
turum. Porro eterna et omnipotens illa
bonitas que neminem vult perire immisit
in cordi tam uxoris eiusdem militis quam
aliquarum aliarum personarum ei sanguine iunctarum
quod eum inducerent ad confitendum peccata
sua preterita et penitentiam agendum de hiis
que commiserat in guerris seu pluribus in quibus
se tanto tempore occupaverat. Ille
autem qui iacebat invisibilibus istis totaliter
inmersus et alligatus salutaria monita
deridebat et aure surda pertransiens ver
ba se ad bonum hortancium propriam pariter impe
diebat salutem. Sane tunc temporis sancta
virgo florebat multis virtutibus in eadem
civitate senensi sed singularis in peccatorum
etiam obstinatorum conversione mira
bili experienciaque docebat cotidie quod
nullus quantumcumque induratus loquebatur
cum ea qui non vel converteretur totaliter quod vel
in pluribus accidebat vel saltem a multis
consuetis peccatis se in posterum abstineret.
Hoc scientes persone ille que dictum militem
de sua salute monebant et se nichil profi
cere manifeste videbant inducebant eum
quod saltem semel vellet loqui cum virgine
catherina. Sed ille amplius despiciens
videbatur. quid mihi et muliercule illi quid
boni michi afferre posset in centum annis.
Tunc uxor eius que sancte virginis erat

domestica ipsam adiit ductricem cordis ma
riti ~~mariti~~ sui apperuit sibique supplicavit
ut pro ipso dignaretur dominum exorare. Cum
plurima. Dum hec agerentur virgo sancta militi
quadam nocte in sompnijs apparuit ipsumque
quod monuit ut si volebat eterna dampna
cionem effugere uxoris proprie monitis assen
tiret. Qui evigilans dixit uxori. Ego
vere hac nocte in sompnijs vidi cathe
rinam illam de qua tu mihi tociens fuisti
locuta. pro certo ego volo ei loqui et videre
si est talis qualis mihi apparuit. Quo audito
bona quippe exhilarata virginem adiit gratias
retulit horamque impetravit pro adventu
et locucione mariti. Quid amplius conve
nerunt locutus est et ex toto conversus ad dominum
promisitque in proximo confiteri peccata sua fratri
thome virginis confessori quod et fecit iuxta
graciam sibi datam. Hoc autem facto idem
miles qui mihi iam notus erat me reperit
quodam mane redeuntem de civitate ad
conventum properantem et petivit a me ubi
posset tunc sanctam virginem reperire. Cui
ego in ecclesia mea puto quod sit. At ille rogo
inquit vos ut me ducatis ad eam in sancta
tis quod possim ei aliqua verba dicere que
necessaria michi sunt. Tunc ego libenter asse
ciens simul cum ipso sum ingressus ecclesiam
vocavique ad me unam de sociabus virginis
ac ei dixi ut desiderium dicti militis virgini
sancte virgini intimaret. Quo facto ipsa
mox de loco surgens oracionis et militi ob
vians eum gratanter suscepit. Miles autem
grandi reverencia ei exhibita dixit
domina ego feci mandatum vestrum Confessus
sum enim fratri Thome peccata mea sicut
mandastis ipseque imposuit mihi penitentiam salu
tarem quam intendo perficere uti sua mandavit.
Cui virgo. optime inquit fecistis pro
salute anime vestre sed faciatis quod amodo cauta